

Dissertatio medica, inauguralis, de syncope / Jacobus Hare.

Contributors

Hare James.
Royal College of Physicians of Edinburgh

Publication/Creation

Edinburgi : Apud Balfour et Smellie, 1782.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/h5vrxvgf>

Provider

Royal College of Physicians Edinburgh

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by the Royal College of Physicians of Edinburgh. The original may be consulted at the Royal College of Physicians of Edinburgh. where the originals may be consulted.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS
SYNCOPE



DE GUILLELMO ROBERTSON, S. M. D.
ACADEMIAE MEDICINAE PRAESIDI

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,
PRAESIDIUM FACULTATIS MEDICAE

DE

S Y N C O P E.



ERLENBURG
APUD ALFONSEM MULLER
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
M.DCC.LXXXI

DISSERTATIO MEDICA
SYNOPSIS

DE
SYNOPSIS

DISSERTATIO MEDICA
IN AUGURALS

DE

SYNOPSIS
DE

DISSERTATIO MEDICA

DISSERTATIO MEDICA,
INAUGURALIS,

DE
SYNCOPE.

QUAM,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto,
PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subjicit

JACOBUS HARE,
SCOTUS,

Soc. Reg. Med. Praefes Annuus.

Ad diem 12. Septembris, hora locoque solitis.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXII.

D I S S E R T A T I O M E D I C A

I N A U G U R A L I S

D E

S Y N C O P E

DOAM

ANNOENTE SEPTIMO NUMINE

ET ACADEMIAE MEDICAE VINDOBONENSIS

A. GOTTFRIDUS ROBERTSON, B.S.T.P.

AVIENNAE, EDITORIO G. W. B. P. 1802

SESSIO

ANNO SEPTIMO ACADEMIAE MEDICAE VINDOBONENSIS

SESSIO SEPTIMA, ACADEMIAE MEDICAE VINDOBONENSIS

THE GRAND DOCTORATUS

IN MEDICINA, HONORARIIS, ET PRAELECTORIS

OFFICII, ET LECTURAE, CONSPICUUM

ACADEMIAE MEDICAE VINDOBONENSIS

JACOBUS HARE

SECTUS

505. Reg. Med. Thes. Annus

Al. Ann. 11. Sp. Ann. 11. Thes. Ann. 11.

1802

EDINBURGH

AND BALFOUR & SMELLIE

Printers, in the Strand

MDCCLXXXII

G U L I E L M O M A X W E L L

D E C A R R I D E N ,

Et

A L E X A N D R O G O R D O N - S T E W A R T

D E S T A I R ,

A R M I G E R I S ,

Adolescentibus sp̄ei optimae,

Hocce opusculum,

Amicitiae sincerae,

Animique haud ingrati

Montumentum,

Vult

A U C T O R .

GULLIEMO MAXWELL

DE CARIBBEA

ALEXANDER GORDON STEWART

ARMISTICE

These are the

Articles of

the peace and

truce

A U C O P

M U I M E O R I
P R O E M I U M.

De tempore brevi, de ingenio parum valido, et de necessitate
dici, quae omnes, laudam Apollinarem ambeuntes, scribe-
re cogit, omnino tacebo; utpote quem, nil novi habentem, res
toties jamjam decantatas, referre piget. Res mea equidem et
difficilis, et gravis, excusationem multum desiderat. Pro virili
eam tractavi; ubicunque necesse videbatur, sententiam propriam,
auctoritate (non tam saepe tamen quam potuissem, ne ostenta-
tionis arguerer, et ne pagina, auctorum nominibus, nimis refer-
ciretur) stabilivi; sed, ubi auctoritas defuit, vel stetit contra
verum, ut mihi visum, nec superbus nec pertinax equidem, sed
lubentissimus fui secutus.

In pathologia morbi, omnia signa, omnemque signorum concur-
sum, consideravi, ut pendentia a quodam statu, vel conditione cu-
jusdam partis corporum nostrorum. Primum igitur erat dignos-
cere, cuinam parti corporis, hic affectus quem syncopen nomina-
mus, esset proprius; et, si id exploraretur, notare, quantum fieri
potuit, varios modos quibus causae, in hoc statu inferendo, operan-
tur. Ita, nil erat cur animus, ad solitam divisionem syncopes,
in idiopathicam et symptomaticam, adverteretur. In utrisque,
status

status corporis, unde signa, quae morbum distinguunt, orientur, idem est; in ullo morbo, igitur, res hunc statum afferre valentes, solummodo indicandae erant.

De vi cerebri vel nervorum, utpote omnino ignota, nil statuere possum, nil volo. Forma loquendi hacce, prae aliis, ab auctoribus usurpatis, posthac utar; quia, etsi saepius repetita, aures forsan delassabit, mihi videtur maxime perspicua, et hic, ut semper alibi, linguam perspicuam, nitidae ac eleganti, antetuli.

DISSERTATIO

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

SYNCOPE.

I. **I**MPETUS Syncopes, haud dubiis indiciis, adstantibus vulgo ostenditur. Color genas ac labia aegroti linquit; oculi graves videntur; vultus totus speciem languidam, morbidamque, prae se fert. Arteriarum pulsus fiunt debiles, ac abnormes. Respirationem celerem, suspirium, vel oscitatio frequens turbat.

Ægrum ipsum, multa mali invasuri praemonent. Languor insolitus, viresque imminutae, initio adfunt; dein vertigo et tinnitus aurium accedunt; nunc oculi quasi nube obducta obteguntur, nunc colores diversi, crediti visi, iis illudunt. Per idem tempus, cor palpitat, infelix laceffitur acerbissima nausea et anxietate, una cum

dolore obtuso, sed intolerando, circa ventriculum atque praecordia. Et sensu et motu orbatus, miser demum corruit.

2. Rebus ita sese habentibus, corpus cadaver omnino refert. Genae et labia pallida; vultus demissus; oculi vel clausi, vel, si semiaperti, caliginosi et exanimes visi; respiratio nulla, nullus arteriarum pulsus. Totius corporis, sed praecipue extremorum, superficies frigida, et contracta. Quisque musculus laxus, quisque artus flexilis. Corpus, quomodocunque situm, ibi manet, sublatumque, materiae sine vita simillimum, suo pondere iterum decedit.

3. Post tempus nunc brevius, nunc diuturnius, signa haec gradatim cedere occipiunt. Pulsus renovari coepit, sed celer, debilis, abnormis. Respiratio rediens, ruptis suspiriis, initio, fit similis. Exiguum coloris genas transvolat, sensimque tota superficies pristinum calorem ac plenitudinem recuperat. Oculi recluduntur, et aeger omni sensui exercendo habilis rursus evadit.

4. Per hoc tempus, fere eadem, ac quae paroxysmum praecedere dicebantur, sibi invicem succedunt. Sollicitudo et nausea, nunc maxime molestae, vomitu plerumque
levantur.

levantur. Interdum, primo etiam incurfu, vel syncope ipfa durante, fed femper, primis indiciis fanitatis revertentis, tenax fudor proruptus, faciem, aliasque corporis partes, perfundit. Syncope lente adveniens, tremorem membrorum, praecipue maxillae inferioris, nonnunquam ostendit, qui tamen, postquam ad ultimum progressa, mox cessat.

5. Signa non semper semet ostendunt, modo jam memorato. Ventriculus molestus, et oppressa praecordia, esse possunt, et saepe sunt prima impetus indicia, quippe quae, ante sensus, pulsus, vel respirationem, quantum observari potest, affecta, perfentiantur. Nec omnia signa jam tradita singulis exemplis communia. Impetus, quod saepe affolet, adeo fit repentinus, ut tempus idoneum non praebatur, notando signa initio propria. Quae malum decedens comitantur, ea constantius inveniuntur. *Cull. first lines, P. MCXV. et seq. Lievens dissert. inaug. de Syncope. Hoffm. tom. iii. cap. IX. Sauvages. Queye diff. inaug. p. 1. Senac traité de coeur, p. 558. et seq.*

S Y N O N Y M A.

S Y N O N Y M A.

6. Varietatibus quoad gradum, quae quidem hic plurimae, auctores diversa nomina sedulo indidere, immo pro diversis morbis habuere.

Ubi virium diminutio, nausea, caeteraque signa huic malo praecedentia, sola adfunt, sed nec motus, nec sensus, prorsus perierunt, morbum nominarunt *Animi deliquium* vel *defectum*, *virium lapsum*, *Leipothymiam*, *Leipopsychiam*, vel *Εκλυσιν*. Ubi res eo processisset quod antea descriptum, (i. et seq.) ut omnes functiones desissent, *Syncope*; et ubi hic status perdiuturnus, una cum multo corporis frigore, *Asphyxia* nomen erat. Ea inter se quoad nil nisi gradum differre, abunde constat. *Leipothymia* primus est *Syncoptes* gradus, *Asphyxia* extremus; verba igitur nullo alio discrimine habenda. *Senac. tom. ii. p. 532. Cull. First Lines, P. MCXIV. Queye, ap. Hall. disp. anat. tom. vii. Hoffm. t. iii. p. 270. § xiv.*

D I A G N O S I S.

D I A G N O S I S.

7. Etsi morborum nervosorum plurimi sunt inter se admodum similes, si animum ad descriptionem jam traditam attentum advertamus, syncope, ab omnibus aliis, facile plerumque dignoscetur.

Quin aliquot signa, primi incurfus comites, incerta haberi possint, haud recuso; languor enim, debilitas, et vertigo, sunt aliis affectibus communia. Si haec tamen repente accedant, si simul pulsus vacillare incipiat, si respiratio impediatur, si vultus palleat, et praesertim si ista intoleranda ventriculi molestia adsit, quae verbis depictu difficillima, aegro mortis instantis sensum incutit, syncopen imminere praesagire licebit. Ea revera accedente, locus dubitandi nullus. Nunquam aliàs corpus fit adeo et ubique flexile; nunquam cunctae functiones tam plene suspensae; nec unquam vultus, vita manente, mortis imaginem tam exquisitam exhibet.

8. Morbis in spasmodicis, exempla abnormia interdum inveniuntur, ubi, signis, quae vulgo distinguunt, absentibus, vel obscuris, diagnosis haud erit facilis. Raro tamen, vel
nunquam,

nunquam, propriam formam adeo exuunt, quin notis fat-
claris detegantur. Et epilepsia et hysteria syncope in-
terdum simillimae; in his tamen, pulsus nunquam prorsus
subsistit; in utrisque, vultus, pro pallido, rubet et tumet;
necnon, utraeque caute exploratae, spasmos, quandam cor-
poris partem, uti musculos digitorum aut maxillae inferi-
oris*, corripientes, plerumque ostendent. Huic addere
licet, auditum, sensusque internos, in hysteria saepe ma-
nere; et epilepticos saepe dejici, cum, e contra, syncopti-
cus, sensus omnino expers, suo solo pondere, musculis non
amplius sustentibus, desidit.

9. Syncope, quatenus aliquando repente irruit (5.),
aegroque omnem vim et sentiendi et movendi adimit,
speciem apoplexiae, quadam ex parte, prae se ferre potest;
sed discrimen minime obscurum. In apoplectico, pulsus
manet distinctus, etsi tardus; aeger non modo respirat, sed,
pectore valde agitato, stertit; oculi saepe in obtutu eodem
haerent defixi; oraque rubore suffusa; quorum nil in
syncope inventum. *Hoffm. t. iii. p. 269. necnon t. i. p. 299.*
Cull. First Lines, P. MXXXVI.

C A U S A

* Not. A.

C A U S A P R O X I M A.

10. Auctorum plerique censent, syncopen esse semper cordis affectum. Sennertus inquit, ‘ Aufertur in syncope sensus et motus in toto corpore, neque tamen propterea syncope cerebri est affectio, sed cordis ;’ *Tom. ii. p. 773.* In eandem sententiam ivit cel. Hoffmannus, cujus verba sunt, ‘ Nihil dubii est, quin et corporis prostrationis, et animi deliquiorum causa, ab ipso cordis motu vel imminuto, vel prorsus cessante, recte deducenda veniat ;’ *Tom. iii. p. 269. § ix.* Sic quoque postremus longeque optimus hac de re scribentium. *Cull. First Lines, P. MCXVII.*

Pace horum, aliorumque, quos nemo magis quam ego metipse miratur, quod mihi videtur, ea veracundia qua decet, nunc breviter proferam.

11. Omnes functiones, in omnibus corporis partibus, a vi quadam ex cerebro oriunda pendere, jam satis compertum. Si cerebrum ita laeditur, ut hanc vim impertiendo ineptum reddatur, functiones totius corporis cessant. Haec lex generalis cor ipsum coercet ; nullus enim est fons, vis vitalis sibi proprius, unde, diu post vim a cerebro interclusam, agere possit.

Hoc a multis experimentis abunde patet, ubi, nervis cor ingredientibus, ligatis vel resectis, actio ejus, mox turbata, cito desit.

Modi diverſi actionem cordis debilem excitandi, vel ceſſantem renovandi, idem probant. Horum, impreſſiones in ſenſus organa factae, ſtimulique variis corporis partibus adhibiti, qui cerebrum, per nervos, afficiunt, ſunt maxime efficaces. *Lower de corde. Culleni Prael. phyſiol. Whytt's Eſſay on vit. and invol. motions.*

12. Si igitur actio cordis ex vi a cerebro oriunda pendet, nonne *cauſa proxima* ſyncopes, etiam ſecundum ſententiam ipſorum auctorum celebrium, hujus vis diminutio, ſit oportet?

13. Hoc perpendente, theoriam morbi, aliqua ex parte diverſam, proferre libet, et ſyncopen, non pro affectu cordis, ſed cerebri, habere, cujus cordis actio ceſſans eſt ſignum ſolummodo, eodem modo ac respiratio, motus voluntarii, ſenſusque ceſſantes, ex iſta vi, nempe, quae ſenſum motumque toti corpori donavit, ceſſante, explicandum.

14. Hic, forsan, quaeretur, nonne multae causarum remotarum cor recta afficiunt, ejusque actionem impediendo, syncopen inferunt? Hoc concessum, opinioni jam traditae minime adversatur, sed facilem explicationem admittit.

15. Ut cerebrum, fons sensus motusque creditum, rite officio fungatur, quasdam conditiones ipsum desiderat. Inter has, quaedam plenitudo et tensio vasorum eminent insignis*. Si cor igitur, ex causis ipsum afficientibus, (quarum natura postea explicabitur) sanguinem, caput versus, vi debita propellere nequeat, cunctae functiones, a cerebro pendentes, mox turbentur, necesse. Parum apte sentietur, vel percipietur; motus voluntarii debiles, vitales languidi evadent, omnesque demum cessabunt. Citra hunc gradum an syncope adest? Pauci, ut credo, hoc affirmare volent. Cur dicitur, igitur, etiam hoc in exemplo, syncopen esse cordis affectum, nil, nisi causae remotae, ibi operantes, afferri potest. Hoc autem nihili habendum; morbi enim, cujusque fere partis, syncopen inferre possunt, quae tamen nunquam nuncupatur,

B

nec

* Cull. First Lines, P. MCXXI.

nec nuncupari potest, affectus istarum partium, ubi causa remota primum ederet effectum.

16. Quod de corde plerique dixerunt, de cerebro multo verius est dicendum; nempe, cum causae remotae longe plurimae cerebrum ac nervos recta afficiant, cumque pleraeque vim eorum imminuant, syncopen esse cerebri affectum. Seu causae remotae, cerebrum, five cor, invadant, eadem signorum conjunctio, idem progressus. Num opinari oportet, naturam affectus, istis in exemplis, esse diversam? Num philosophiae convenit, duas coningere syncopes causas, quarum uni cor, alteri cerebrum, sedes, quarumque utraque, signa in syncope observata efficere potest? Si hoc parum decet, utrum tandem, signa praecipua spectantes, pro morbi sede habebimus? Signa plurima, ac gravissima, a cerebri affectu plane oriuntur. Sensusne internos, ac externos deperditos, actio cordis cessans explicabit? Impressiones quaedam in sensus factae, perque nervos ad cerebrum communicatae, res externas percipiendas efficiunt. Judicia quoque, variaeque sententiae, mente ipsa formatae et mutatae, a cerebro solo pendent. Ante potestatem, igitur, sentiendi vel iudicandi, minutam vel amissam, cerebrum non affici non potest.

17. Totius systematis relaxatio in syncope, idem probat. Praeter tensionem fibrarum muscularium, inter vitam, a pondere partium quibus infixae, vel a fluidis intra cava quae cingunt, ortam, iis inest perpetuus ad contractionem nisus, a vi ista (11.) quam cerebrum suppeditat, pendens. Hicce tonus, igitur, amissus, non modo cerebrum esse affectum, sed etiam istam vim, unde tensio musculorum pendeat, et sine qua cor ipsum agere nequeat, esse imminutam, ostendit. *Cull. Instit. of Medicine, P. CIV. Cull. First Lines, P. XLV.*

18. Praeterea, cum vertigo, tinnitus aurium, omnium motuum voluntariorum debilitas, a vi cerebri imminuta quoque orientur, eam pro causa proxima synopes proponere fert animus*. *Cull. Inst. of Med. P. CXXIV.*

RATIO SYMPTOMATUM.

19. Signorum a vi nervorum, cujus natura omnino ignota, mox pendentium, nulla ratio reddi potest. Ad legem systematis generalem haec omnia referenda. De quibusdam aliis, ab isto corporis statu, quem vis nervorum imminuta infert, pendentibus, fusius differere possumus.

* Not. B.

20. *Sudor* semper, diversis quidem temporibus, semet ostendens, partim est tribuendus vasis, quae in superficie posita perspirationi inserviunt, ita relaxatis, ut, quod continent, effluere sinant. Dum sani, etsi multum perspiratione ejicitur, hoc tamen guttas in cute raro format. Guttaene visae, igitur, majori quantitati soli tribuendae? Sauvagesius, eas, partim frigori cutis, materiam perspiratam condensanti, ascribit; dubium tamen est, utrum is gradus frigoris, quo ad hoc efficiendum opus, in syncope unquam inveniatur, necne: Et in asphyxia, ubi frigus maximum, sudor plerumque parcus, interdum nullus. *Senac, traité de coeur, p. 560.*

21. Si mihi opinari fas, rem sic explicarem. Homini- bus sanis, inter perspirandum, materies, quadam vi ejecta, in aërem diffunditur; sed in syncope, omni corporis ac- tione languescente, vel omnino desinente, haec materies, super cute effusa, per poros, nempe, relaxatos, non tam subito in vaporem convertitur, quam cum aëre penitus immisceatur.

22. Plurimum sudoris semper prorumpit, postquam aeger e paroxysmo evadere incipit. Hoc forsan a tono
vaforum

vasorum cuticularium, ferius actione cordis, restituto oritur, unde plus fluidorum, eo evectorum, exire permittant.

23. *Vomitus* universae relaxationi originem debet. Vomendi diversae extant causae; nam acria stimulantia, ventriculo ingesta, id cient, ut et omnia quae tonum ventriculi minuunt. *Cull. First Lines, P. XLIII.*; *necnon Praelect. de Dyspepsia.*

24. Actio cordis et arteriarum desinens, efficit *superficiem pallidam atque contractam*. Namque sanguine, qui plenitudinem et colorem donat, in vasa superficiei sat valide non propulso, hisque mechanice depletis, corporis superficiem flaccidam, et ‘ora pallor albus inficit.’

25. Dum modus calorem in corporibus humanis gignendi latet, causam frigoris, in syncope experti, semper ignoremus, oportet. Quidam, causam in actione cordis et arteriarum cessante, invenient; alii in impedita respiratione; forsanique alii, secum reputantes, ortum caloris in nostris corporibus cum vi nervorum esse arcte conjunctum, verisimillimum putabunt, frigus pro sequela hujus

jus vis imminutae esse habendum. *Leslie on Animal Heat, Crawford Exper. and Obs. on Animal Heat.*

26. Ratio *solicitudinis ventriculique dolentis*, signorum quae syncopen adeo insigniunt, minime in promptu est. Senac, et alii, ea sanguini circa cor accumulato tribuunt. Haec causa, forsan, non ex toto respuenda. Sed cum anxietas singulas pulmonis obstructions comitetur, cumque suspiria ac oscitationes, quibus natura pulmonem oppressum adjuvare saepe conetur, anxietati in syncope fere semper adsint, est cur suspicemur, eam, partim saltem, ab accumulatione in pulmone oriri. *Greg. Consp. Med. Theor. p. 130. 131.*

27. Anxietatem ventriculique dolorem, ab statu nervorum ejus statim provenire, multa testari videntur. Anxietas fere singulos ventriculi affectus consequitur. In dyspepsia, signum est haud infrequens; colaphi graves, ventriculo incussi, eam nunquam non, et emetica saepissime, efficiunt. *Greg. Consp. p. 134.*

28. Nos ita natura efformavit, ut, actionibus vitalibus impeditis, ad systema levandum, nifus fiat (quo modo ignoremus) quo hae actiones frequentiores, immo convulsivae,

vulfivae, redduntur. Hinc debilitas ipsa ad actionem majorem stimulat, hinc *cor* in syncope *palpitat*.

C A U S Æ E X C I T A N T E S.

29. Si opinio jam tradita, de syncope natura, justa sit, scrutando ejus causas remotas, ea, quae vim nervorum imminuunt, invenientur. Eorum numerus est permagnus; sed, cum naturam vis nervorum omnino ignoremus, effectus, modo operandi incognito, solus percipietur. Alia nervos recta laedunt, seu cerebrum ipsum afficiendo, sive ista sympathia cerebrum inter omnesque partes, quae pars quaevis laesa hoc afficit; alia, circuitum turbando, fiunt indirecte causae syncope. Causarum excitantium opus perpaucarum est simplex; pleraeque et nervos et circuitum afficiunt. Eas enumerare, quippe plurimas, easque quippe diversissimas, pro opere collocare, arduum est; rem igitur timidus aggredior.

30. § 1. Quaedam causae remotae ad imminuendam vim nervorum recta conferunt; quarum *contagio* potentissima. Primum febris impetum magna ac generalis debilitas semper, syncope interdum, comitatur. Traditur famae, quosdam Massilienses, in fasciculis contagione tactis aperiundis versatos, morte repentina obrutos.

Plurima

Plurima exempla intermittentium, ab hoc signo incipientium, vim similem esse *miasmati paludum*, demonstrant: *Heurnii Opera, tom. ii. p. 85. Tertii Therap. Spec. p. 192. Sennertus, tom. ii. p. 75. Sauvag. tom. i. p. 813. sp. 17. necnon p. 324. sp. 5. Et Senac. tom. ii. p. 548.*

31. *Res putridae*, qualemcunque originem agnoscunt, seu effluvia naso adhibita, sive sphacelum vel abscessum cujusvis partis, unde absorbeantur, sive, denique, res ventriculo et intestinis ingestas, ibique manentes, idem praestant.

Hinc proclivitas ad syncopen, in scorbuto, partim explicanda. *Hoffman, p. 271. § xviii. Sauvages, p. 813. sp. 14. Senac, tom. ii. p. 552.*

32. *Narcotica*, quatenus sedant, huic classi adjicere licet; sed pauca, vel nulla, tam plene sedant, ut hunc locum mereantur. Opium, cujus operi, opus reliquorum simillimum, immodice sumptum, mortalem in apoplexiam, potius quam syncopen, initio projicit. Postea equidem, systema debilitando, id ad syncopen, levissimis

ab

ab causis, proclive reddet. *Tissot, Avis au peuple, tom. ii, ch. xxxi. § 535.*

33. Eodem modo, dubitandum de collocanda ista facultatum interruptione, quam vapores nocivi, in pulmones admissi, materiaque respirando ejici solita, retenta, inferunt.

In suspensis laqueo, apoplexia, vel sanguinis in capite accumulatio, patet.

Eorum, quibus sensus sublatis, ex respiratione aliunde impedita, historiae sunt variae, immo diversae. Ex comate, stertore, vultusque rubore, a quibusdam depictis, quin apoplexia interdum afferretur, vix dubium; ex his tamen, omnibus signis apoplexiae propriis absentibus, ex pallore faciei, exque anxietate, in exemplis causam eandem agnoscentibus, ab aliis memoriae proditis, syncope veram nonnunquam adesse, aequae certum videtur.

Tissot, Avis au peuple, ch. xxxi. § 524. Wepfer de Aff. cap.

34. § II. Si vis nervorum, pro tempore, seu mente ita volente, sive stimulo quovis adhibito, intendatur, eam posthac, pro rata parte, iri imminutum, optime notum.

Hinc syncope a repentinis ac violentis nifibus, a corpore

vel mente diu acriterque intentis, a calore, et a dolore, oriunda, explicanda. *Cull. First Lines, MCXXII.*

35. In exemplis hujusmodi, sensus vim nervorum non laedit, quatenus ingratus; nam voluptas eximia, aequae ac dolor acerbus, nocet. Syncope coitum ipsum interdum consequitur. *Hoffman, tom. iii. p. 271. § 20. Senac, Traité de Coeur, p. 539.*

36. Idem doloris gradus, aliis in partibus, alios praebet effectus. Quo magis necessarium vitae membrum affectum, eo periculosiores evadunt dolores. Syncope, post gastritidem et colicam, quam post membrorum cruciatus acerbissimos, communior.

37. Certius quoque succedet, ubi dolor, corpus per aliquantum temporis crudeliter cruciatum, subito relinquit. Vis cerebri, stimulo doloris antea sustentata, simul ac iste sublatus, illico defidit. Opus chirurgicum perpeffi, saepius post id finitum in syncopen incidunt. Post partum, syncope minime infrequens, quae partim dolori repente cessanti, partim viribus aegrae, diuturnis acribusque nixibus, confectis, partimque alii causae, scilicet relaxationi, de qua postea dicetur (64.), tribuenda.

38. § III. Pathemata varia, mentisque motus, syncopen saepissime inferunt. Quoniam haec omnia vel sedant, vel stimulant, sub uno alterove priorum capitum (§ 1. 2.) redigi debuerunt; sed, cum perquam difficile sit statutu, quomodo effectum edant, ad unam classem potius redigenda judicavi. *Hoffman. op. tom. iii. p. 270. § xvi. Sauvages, sp. 21. G. xxiv. sp. 7.*

39. Pathemata, unde syncope saepissime oriatur, sunt, metus, dolor, laetitia; hoc vulgo excitans, priora deprimentia habentur. Ira nonnunquam his additur, sed perperam; apoplexiae enim, magis quam syncopes, causa extat.

40. Spectacula foeda, quaeque horrorem spectantibus incutiunt, uti opera carnificum, vel chirurgorum, syncopes sunt frequens origo.

Syncope ab odore casei, a visu felis, aliisque ejusmodi oriunda, referenda est cuidam fastidio proprio hominum ita affectorum; talia enim, nisi imaginatio opus eorum adjuvet, nil nocent. *Sauvages, sp. 9. Senac. tom. ii. p.*

41. § IV. Praeter impressiones, quae vim nervorum, pro tempore augentes, eam postea imminuunt et exhauriunt, inveniuntur irritationes, quae, etsi nullum sensum edant, vel nullum indicium, nervos recta afficiendi, exhibeant, nihilominus, vim vitalem valde sedant, ideoque syncopen haud raro inferunt.

42. Hujusmodi exempla in ventriculo ac intestinis praecipue reperta. Nulla pars systematis est, cujus status, magis quam ventriculi, cum viribus vitalibus connectitur; nulla igitur, cujus affectus totum systema citius turbant.

Ventriculus ictus mortalem omni facultate, tam subito, tamque plene, quam cerebrum ipsum laesum, privabit.

Hoc aliqui explicarunt, affirmando, ictum diaphragmati, dein cordi ipsi, communicatum; sed his ambagibus nil opus; res enim, ventriculum ipsum solum afficientes, idem

praestant. Multa venena occidunt, ventriculo nocendo, priusquam in systema absorptione recipiantur. *Morgagni, Ep. liv.*

43. Eodem modo, variae ventriculi irritationes, ex cibo male concocto, acribusque ingestis, ex vermibus ibi latitantibus, etiamque ex mitissimis emeticis parce haustis, ortae, syncopen interdum efficiunt. In arthritide, atoni-

ca nominata, fyncope frequentissima, conditioni ventriculi, quem admodum hic affici compertum habemus, forsan originem debet. *Senac. tom. ii. p. 546.*

44. Languor et debilitas, quae fames affert, fere omnibus nota, aliquando ad fynopen usque progrediuntur. Nonne suspicari licet, haec a nervis ventriculi irritatis oriri? Defectus nutrimenti certe non unica causa; cibus enim ingestus, et sensum injucundum, et ad deliquium proclivitatem, adimit, ante ullam partem cibi absorptam: Nec ventriculi inanitas sola causa; nam stimulantia ingesta, quorum quantitas minima, levamini erunt.

In morbo a Sauvagesio *Bulimia cardialgica* nominato, fynopes tam frequentis eadem ratio est reddenda. Ibi enim, perpetua ventriculi molestia urget, perpetuum cibi desiderium, cui, si non indulgeatur, fyncope saepe consequitur; cibus tamen male concoquitur, et post minimum gustatum cito fastiditur. *Sennert. op. tom. ii. p. 390.*

45. § V. Impetu sanguinis, caput versus, imminuto, pro causa fynopes jam posito (15.), causae hujus imminuendi nunc quaerendae.

46. Effectum positus, in secunda valetudine vix, in adversa tamen clarissime, percipimus; tunc enim, corpus erectum solum syncopen efficiet, quia caput sublime sanguini illorum moventi adeo resistit, ut cor, debilitatis generalis particeps, eum propellere nequiverit, dum, eodem tempore, sanguis in venis, posito adjutus, facilius redibit, unde tensio in vasis capitis deficiens syncopen afferet.

47. Distributio sanguinis mutata eisdem praebebit effectus. Hoc modo, evacuationibus omnigenis, causis syncopes remotis fieri licet. In haemorrhagia, sanguinis impetus, os apertum versus, aliquod ad syncopen inferendam conferre potis; hic tamen tot alia conjunguntur, ut effectus mutationis, in sanguinis distributione, vix percipiatur.

48. Ad doctrinam generalem illustrandam, aquae in hydropo evacuationem, selegi.

In ascite, aqua quam abdomen continet, magna vasa premendo, ea minus reddit capacia; aqua abstracta, vasa non amplius aqua premente, sustentata, relaxentur oportet. Sanguis igitur, a corde fluens, in ista vasa, ubi ob
relaxationem

relaxationem minus ei resistitur, dirigetur, unde nec debita quantitas in caput fluet, nec debita cum celeritate.

49. Magnae evacuationes omnigenae, seu urinae, five puris latis ex abscessibus, five faecum, idem eodem modo praestabunt.

50. Sed quae hoc saepissime efficiunt, ea sunt omnia quae actionem cordis vel turbant vel minuunt; quorum praecipue sunt, cordis ipsius partiumve vicinarum affectus.

Vix ullus affectus cordis est, aut esse potest, quem auctores, alii aliis temporibus, causam syncopes non nominarunt. Cor inflammatum, ulceratum, dilatatum, calculos in sua ipsius substantia tenens, adhaerens pericardio; hydrops pericardii; valvulae ossae factae; aneurisma aortae; vermes in pericardio; multaque id genus alia fuere memorata. *Morgagni, Ep. xxv. et xxvi. passim, Bonnet, sepulch. lib. 2. sect. x. Senac. Sauvages.*

51. Quin haec et similia fuerint reperta in cadaveribus eorum, quibus syncope frequens fuisset, minime dubium; sed aequae certum est, unumquodque inventum, ubi syncope nulla fuisset experta. Multum igitur interest

quaerere,

quaerere, quomodo agant, ubi syncope revera adfit. *Morgagni, Ep. xxv. n. 19. et seq.*

52. In exemplis quibusdam, uti polypis os aortae occludentibus, aneurismate in aorta invento, valvulis offeifactis, similibusque, modus, quo motui sanguinis resistitur, ejusque in cerebro impetus imminuitur, notissimus. Alias autem hoc nequaquam tam manifestum; ibi igitur, ad effectum morborum organicorum in cor ipsum editum, decurrere oportet. *Morgagni, Ep. xxvi. n. 34. et Ep.*

xxvii.

53. Cor, quatenus musculus, eisdem legibus ac alii musculi obstrictum, ad spasmus ab irritatione, adque debilitatem a nimia actione, defectuve stimuli, similiter erit pronum. Illum vel hanc inferendo, plerique morbi organici nocere videntur. *Morgagni, Ep. xxv. n. 13.*

54. Actionem cordis saepe spasmodicam fieri, haud dubium. Palpitatio nil aliud. Eam ab organicis vitiis cordis oriri, liquido constat; multo enim est violentior, ubi hi adsunt, quam cum ab affectu nervorum generali solo pendet. Pulsus, et vi, et frequentia, abnormis, idem probat.

55. Modus hanc actionem morbidam inferendi plerumque patet. Quae circuitum impediunt, ea cor, contractionibus ejus resistendo, stimulant; alia, ut inflammatio, calculi, vermes in pericardio, et similia, substantiam illius perpetuo irritando, idem praestant.

56. Si spasmus, ab his irritationibus oriundus, talis sit qualis relaxationi non invicem cedat, circuitus subsistat oportet; si sit tantum actio celerior, et violentior, cerebrum non illico afficietur. Sed cum actio nimia, ad debilitatem necessario recta ducat, actio cordis debilis, pro actione nimia praeeunte, consequatur, et ita syncope oritur necesse.

57. Vitia organica cor aliter debilitare possunt. Vividae ac sanae actioni cordis conservandae, vis cerebri una minime sufficit; quodam stimulo, a sanguine accepto, etiam est opus. Si sanguinis reditus igitur, per venas, sit vel abnormis, vel deficiens, actio cordis vel turbabitur, vel desinet. Sic, polypi in parte dextra, auricula dextra dilatata, vel valvulae ibi positae morbidae, agere possunt.

58. Aliquot in morbis cordis, nonne fibris ipsius, contractioni validae imparibus redditis, syncopen afferre licet?

Hoc in dilatationibus cordis, ulceribus, similibusque, verisimile.

59. Unquamne licet debilem actionem cordis, perpetuae irritationi, a quibusdam vitiis organicis ortae, eodem modo, ac aliquot irritationes ventriculum afficiunt, tribuere? Si liceat, syncope sine actione enormi antea praecedente aliquando occurrens, inde explicabitur.

60. Praeter vitia organica, cordis actio abnormis alias agnoscit causas. In morbis spasmodicis, spasmi, ab eadem, ac qui musculos reliquos adoriuntur, causam provenientes, cor invadere possunt, indeque syncope vera. Hinc ratio syncopes, hysteriae paroxysmos saepe finientis, reddenda.

61. Cordi debili fieri licet a defectu stimuli soliti, etiam non a vitiis organicis, orto. Sic, haemorrhagia a vena prope cor syncopes promptior causa, ac eadem quantitas aliunde emissam; et abundantes evacuationes, pressionem venis adimendo, reditum sanguinis ad cor retardantes, ejus actionem debiliorem reddent.

62. An syncope unquam referenda statui cuidam fluidorum ipsorum? Inter causas excitantes, auctores numerant

runt acrimoniam sanguinis, ejusdem nimiam densitatem, vel tenuitatem, cor ipsum afficientes, ejusque motus turbantes. Quin fluida, dum mutarentur, cor valde afficerent, nemo inficias ibit. Isti tanta irritabilitas inest, ut cujusque stimuli, nisi ejus a naturâ suppeditati, impatiens evadat. Tactus levissimus id vivum convulsionibus torquet (*Senac traité de coeur, l. 4. ch. 5. n. 5.*). Levissimum ejus vulnus plerumque lethale. Si putare igitur liceret, talem fluidorum mutationem unquam evenire, qualis cordis actionem turbare posset, (solidis non antea affectis), quin istae mutationes cunctos effectus iis vulgo tributos ederent, negare in animo non est; cum hoc tamen nunquam eveniat, mutationes fluidorum status, inter causas syncopen excitantes, recensere nolo.

63. Exemplum Hoffmanno contigit videre, ubi flatus, in vasis sanguiferis, cor distendens, syncopen exitialem intulerit. Res similes aliis memoratae. Aër inventus non negatur; sed eum, a sanguine post mortem, exortum, quam causam mortis extitisse, veri videtur similis*.

Hoffm. op. t. iii. p. 274.

* Not. C.

64. § VI. Generali relaxatione pro signo jamjam posita, (17.) mirum forsan videbitur, me nunc eandem inter causas syncopes recensere. Multa hujusmodi, prima specie, absurda, revera tamen non, in ratiociniis de corpore humano, inevitabilia. Id ita efformatur, ut nulla pars, ab omni, non pendeat. Omnibus igitur partibus inter sese ita conjunctis, ut singulae singulas invicem afficiant, in tali circulo causarum et effectuum, qualem systema humanum, adeo complicatum, in conspectum edat, injuria cujuslibet partis totum turbare poterit, et quod nunc pro effectu ponitur, id alias pro causa ponere licebit. Dum relaxationi igitur, vis nervorum, quavis in parte, undecunque imminutae, effectum esse licet; e contra, relaxatio undecunque orta, vim nervorum, quavis in parte, haud dubie invicem imminuet.

65. Sed relaxatio partis, ultra partem initio affectam, opus extendit; nam, ex consensu inter omnes fibras vivas, relaxatio, vel tonus in una parte amissus, toti systemati similiter, ac fere aequae affecto, brevi communicabitur*.

Hocce principium, multa causarum remotarum opus spectantia, explicabit.

* Not. B.

66. Sanguis e magno ore profusus, syncopen citius inferet, ac eadem quantitas e minore fluens. Ratio in promptu est; hic enim, fanguine tarde fluente, tempus et contrahendi, et semet fanguinis quantitati aptandi, vasis praebetur; unde nulla relaxatio, nisi quae, a mole fanguinis amissi, per totum systema fanguiferum divisi, provenit; sed ibi, ore magno fanguinem cito profundente, relaxatio vasis vicinis repente illata toti systemati communicatur, et syncope consequitur.

67. Eodem modo intelligitur, cur syncope ligamentum post venaesectionem solutum sequatur. Id manens, vasa brachii praeter solitum tendit; idem sublatum, relaxatione repentina et magna facta, opportunitatem ad syncopen, quam fanguinis detractio attulerat, multum adauget.

68. Sudor aliud exemplum potentiae relaxationis exhibet. Hic, quippe evacuatio a systemate vasorum relaxabit, relaxatio tamen major fit, quam quae evacuationi soli tribui possit. Humor ac calor, ut omnes norunt, vim possident miram fibras corporum humanorum relaxandi, et relaxationi inde oriundae, debilitas sudorem vulgo comitata, partim est tribuenda. Syncope ex balneo tepido hoc
illustrat,

illustrat, firmatque. Calorem, quadam ex parte, pro causa habere licet; sed idem caloris gradus, absque humore, idem non praeſtat. Unde hoc discrimen, niſi a relaxatione?

Senac, p. 540.

69. Plura de effectu relaxationis in nervos dicere, ſupervacuum judico; quiſque novit, quiſque ſentit, debilitatem quam inanitas, et vigorem quem apta plenitudo, afferat. Obſervare tantum liceat, relaxationem eo plus eſſe effecturam, quo magis vaſa antea tendebantur. Abſceſſibus, etſi minimis, ſcalpello apertis, in ſyncopen ſaepe inciditur; quia, ſcilicet, pars antehac tenta, ex toto, repente relaxatur. Idem in iſchuria fit, ubi, etiamſi quantitas collecta non ſit tanta, quanta ejecta, circuitum valde afficere poſſit, attamen, magna et repentina evacuatione facta, ſyncope interdum ſuccedit.

70. Si quis, magnum frigus perpeſſus, tectum bene calefactum ingrediatur, ſyncope haud rara; eane nimiae relaxationi, poſt arctam conſtrictionem, an ſtimulo caloris, an utriſque, tribuenda?

CAUSÆ

CAUSÆ PRÆDISPONENTES.

71. Post jam tradita de causis excitantibus, earumque opere, conditiones, quae corpus ad syncopen opportunius reddant, enumeratu haud erit difficile.

72. Cum signum unumquodque vim vitalem debilitari testetur, quo propius hanc debilitatem accedatur, eo causae excitantes efficaciores evadant oportet. Debilitas, igitur, inter praecipuas causarum praedisponentium recensenda. Itaque compertum, morbis prioribus confectos, prae omnibus, mulieres prae hominibus, senes prae adolescentibus, esse huic obnoxios.

73. Debilitati quatenus causae praedisponenti, vel generali, quippe a statu totius corporis ortae; vel topicae, quippe parti uni propriae, esse licet. Stomachus unus debilis, indeque irritatus, hunc mortalem ad syncopen proclivorem reddere potest; illum debilitas, cor ipsum adoriens, pariter afficere quit, ita ut causae levissimae, cordis actionem turbantes, syncopen inferre sint potes*.

° Not. E.

74. Inter causas praedisponentes, mobilitas saepissime eminent. Haec intendet effectum omnibus causis excitantibus, quarum primum opus est vim nervorum excitare; omnibus item pathematibus, mentisque motibus, unde major debilitas non oriri non possit. Hinc mulieres hysteria vexatae animi deliquium tam saepe experiuntur; hinc quoque origo istorum spasmodum cordis, quos inter causas excitantes jam antea memoravi (56).

75. Mobilitati, vel a debilitate, vel a plethora, oriri licet. Debilitatem pro causa nemo respuet; et tunc oportunitatem esse maximam non negabitur. Eam quoque a plethora oriri, foeminae quaedam hysteria laceffitae, quae perquam mobiles sunt, et ad syncopen pronissimae, testantur. Huc quoque syncope gravidis tam communis partim referenda.

76. Usus scribentium de syncope secutus, vitia organica cordis, partiumque vicinarum, inter causas excitantes, etsi melius inter praedisponentes collocanda, ordinavi. Si unquam excitent, lethifera plerumque evadent. Pro causis praedisponentibus considerata, effectus eorum, a supra dictis (52. et seq.) de vi eorum, cordis actionem, (levissimas ob causas, uti motum sanguinis, exercitatione modi-

ca acceleratum) abnormem, vel debilem reddendi, abunde patebit.

P R O G N O S I S.

77. Si vis vitae non infra gradum certum dejiciatur, ex vi quadam, homini infita, ultro * restituetur. Si tamen diminutio ejus adeo processerit, ut fines certos egrediatur, licet ars solertissima in auxilium naturae laborantis, vocetur, et haec, et illa vi cerebri perditae ducendae impares evadent, et syncopen, huc usque progressam, mors semper coronabit.

78. Si conditio corporis igitur, operi causarum syncope amovendae idonearum, amica vel inimica, si simul gradus, ad quem imminutio vis nervorum progressa fuerit, nobis plene innotesceret, singulis in exemplis, utrum aeger periclitaretur, necne, nosceretur: De statu corporis tamen nil est unde judicari possit; de gradu diminutionis, multa sed incerta extant; ideoque *Prognosis* parum certa proferenda.

* Not. F.

79. Quo magis sensus amissi, quoque magis motus languidi, eo magis vis vitalis in deliquio minuitur; ubi interim nil metuendum, nisi quatenus ad justam syncope ducit.

Sensus et motus, ex toto cessantes, periculum ingens declarant. Gradus frigoris corpus afficientis tunc pro duce habendus. Id auctum, periculum auget, et ubi tantum fiat, quantum ullam corporis partem rigere finat, plerumque de aegroto actum est.

80. Diurnitas paroxysmorum, et, ubi repetuntur, eorum frequentia, gradum periculi sat certo indicabit.

“Qui frequenter et vehementer abs re deficiunt,” inquit perspicax Hippocrates, “repente moriuntur.” *Secl. 2. aph. 41. Senac. tom. ii. p. 561.*

81. In prognosi formanda, causae praedisponentes sunt cautissime considerandae, utpote quae diversae gradus periculi diversos afferant. In irritabilibus, uti in foeminis hysteria laborantibus, syncope saepius reversa, interdum diu durabit, nullum signum alias periculosum deerit, et nihilominus exitus lethalis, rarus vel nullus. E contra, ad modum debilitatis, a quacunque causa, syncope, etsi
levis

levis visa, mortem imminere praenunciat. Senes ea correpti, brevi plerumque opprimuntur. In febre, vel scorbuto, levissimus nifus lethifer evadit, etsi aeger, ante nifum, fyncope lethalis causam, vix periclitans videtur.

82. Vitiis organicis cordis, partiumve vicinarum, fyncope causis, morbus semper immedicabilis. Paroxyfmi, omni remedio incassum tentato, adhuc frequentiores facti, morte demum finientur.

83. Denique, licet fyncope saepe perbrevis et non admodum periculosa inveniatur, attamen, quoniam mortis imaginem justam gerat, semper terrificata; quoniamque eas vires imminuat, quas mors solummodo aufert, nullum exemplum adeo est leve, ut periculo ex toto careat. Ubique vim acquirit revertendo, corporique altius infigitur, et vi consuetudinis, et debilitate singulis incurfibus adaueta.

84. Inter fyncope fequelas, auctores posuerunt polypos in corde, inque vasis magnis, ex sanguine, scilicet, ibi inter paroxyfimum stagnante, provenientes.

Hoc raro vel nunquam occurrit. Quos fyncope quandoque invafit, ii plurimi; fed quam pauci, hanc di-ram fequelam experiuntur! Certe, fi fanguis inter fynco-
pen coaguletur, coagulum tale effe oportet, quale motus cordis rediens diffolvere queat. Sed hac hypothefi vix opus; experimenta enim Hewfoni fagacis probant, fan-
guinem, dum aër abfit, diutius abfque coagulando ma-
nere, quam paroxyfmi fyncofes vulgo durant; vix igitur credendum eum unquam ante mortem ita concrefcere, ut firmum polypum edat *. *Hewfon on the blood.*

METHODUS MEDENDI.

85. Syncope non femper metuenda, nec pro morbo pe-
riculofo effugienda. Sub medico callido, remedium eft
minime fpernendum. Ubicunque relaxatio fibrarum muf-
cularium, vel diminutio actionis vaforum fanguiferorum,
defideretur, nil aequè ac fyncope valebit. In morbis in-
flammatoriis, fanguis ad deliquium tuto ac commode
faepe

* Not. G.

saepe detractus. Haemorrhagiae saepe sponte sua subsisterunt, syncope invadente, post alia remedia frustra exhibita. In hujusmodi exemplis, pro syncopen intempestiva opera prohibendo, omni arte allicere debemus; proque eam illatam brevi arcendo, ut maneat parumper, donec nempe sat temporis fuerit ad sanguinem, in oribus vaforum eum profundentium, coagulandum, ne haemorrhagia iterum redeat, est nitendum. Sic vires aegri conservabuntur, quae, haemorrhagia persistente, admodum fuissent infraetae.

Si nullum consilium hujusmodi, medici est syncopen quam citissime tollere, ejusque reditum quomocunque potest praecavere.

86. Syncope tollendae, situs horizontalis, vel etiam caput humerique reliquo corpore paulo demissiores, optime convenient. Bonum hinc capiendum ex supra dictis facile colligetur (46.). In deliquiis mitibus, situs, aërque frigidus libere admissus, aegro resuscitando plerumque sufficient; si non, aqua frigida in vultum inspersa, manus ei immerfae, tempora aceto lota, sales volatiles, aut quodvis simile, naso adhibiti, saepissime rem peragent. *Hoffman, tom. iii. p. 272.*

87.

87. Alias, fyncope iusta, ad alia est decurrendum, ut vires latentes excitentur. Totum corpus bene est fricandum, quod et stimulo frictionis; et sanguinem cor versus movendo, multum proderit. Errhina in nasum projicere, nec enemata maxime stimulantia *, negligere oportebit.

88. Gradus fyncoptes extremus, asphyxia nominatus, eodem modo tractandus; eadem situs cura, eadem aëris frigidi libere admissi, eadem stimulorum adhibendorum opus. Hic tamen calore corporis multum jam imminuto, frigus, quod adhibitum initio adeo prodest, non tam necessarium. Hic quoque frictione magis assidua, et panis calidis, uti oportet. Frictio magis efficax evadet, si quid stimulans simul cuti infricetur; modo caveatur ne res sit adeo acris, ut frictionem in posterum impediat. Impetus electricus, alias tam potens stimulus, hic commodo adhiberi potest. *Harves's address to the King and parliament.*

89. Unquamne decet sanguinem homini fyncope ipsa laboranti detrahere? In exemplis ejus diu durantis, hoc remedium est vulgatissimum, sed inconsulte. Qui fit, qui fieri

* Not. H.

feri potest, ut evacuatio, vim vitalem ad minuendum tam
 efficax, ad eam, jam fere extinctam, resuscitandam polleret?
 Et theoria, et experientia hanc consuetudinem respuere
 videntur. Traditur famae, multos milites, legionibus Bri-
 tanniae a Philadelphia ad Eboracum Novum iter facien-
 tibus, anno 1778, itinere et solis torrentis ardoribus
 oppressos, defecisse; quibus sanguis detractus, eos omnes
 mortuos, quibus, sanguine non detracto, cardiaca exhibita,
 eos sanos plerumque evasisse.

Hanc sententiam auctoritas complurium eximiorum
 omnino firmat. Sanguinem detrahi Hoffmannus non
 modo his verbis vetat, "Nunquam tamen in ipsa mali
 "accessione celebrari debet," sed exemplum quoque ad-
 jicit, in quo exitus exitialis sibi nosceretur. *Hoffm. Op.*
tom. iii. p. 275. Obs. VI.

90. Inter paroxysmum, locus medicinas ore admini-
 strandi nullus, et conatus inconsulti ejusmodi, res in tra-
 cheam ipsam projiciendo, admodum periculosi interdum
 evadent. Ubi aeger adeo convaluerit ut haurire possit,
 aqua cardiaca quaelibet, vel vinum, modice administrata,
 vires citius revocabunt. Aqua frigidissima* forsan non

minus

* Not. I.

minus ac alia adeo laudata proderit. *Hoffman. tom. iii.*
p. 273. § vii. Senac. tom. ii. p. 572.

P R O P H Y L A X I S.

91. Syncope occurri potest,

I. Vel causas excitantes evitando, earumve effectibus obviam eundo ;

II. Corrigendo praedispicientes.

92. I. Causis excitantibus, earumque opere, antea tam plene tractatis, de modis eas evitandi, utpote qui abunde patent, multa dicere non opus.

Imbecillis et exhaustis, rite recubantibus, ex toto quiescendum, ac omnis impressio, quae vel agitare vel turbare posset, procul abigenda.

Quem syncope ex morbo quolibet cordis invadit, eum, nimium calorem, exercitationem immodicam, cibum vel potum stimulantem, omnia denique circuitum accelerantia, effugere ; eundem plethoram tenui victu, modica

fed

sed constante exercitatione arcere ; et omnia, quae sanguinem cor et interna versus propellant, evitare oportebit.

93. Causae excitantes non omnino evitabiles, quam citissime tollantur. Si res crudeae in ventriculo syncopen excitent, eae ejeciantur. Huic emetica mitissima, ut infusum florum chamameli, plerumque erunt aptissima ; nam acriora emetica ipsa syncopes interdum causa sunt. Acria vel venena hausta cito eliminantur, modo fieri possit, si non, acrimonia demulcentibus obtundatur, vel specifico corrigente, si talis noscatur, deleatur.

94. Nonnunquam causae excitantes nec vitari, nec tolli queunt ; ibi igitur effectus earum in systemate minuere conandum. In aquis hydropicis evacuandis, *ex. gr.* multum detrahi saepe necesse. Hoc incaute factum, syncopen vel mortem afferret ; sed aqua per os angustum, rivulus interdum impeditus, fasciaeque prementes, omne periculum cavent.

95. Quaedam causae minus pollebunt, ubi systema operi earum minus obnoxium reddatur. Ita, cum causam irritationis, vel doloris auferre aut vitare, saepe non nostrae est opis, systema contra ejus opus minuendo fe-

quelas cavemus, haud aliter ac si ipsa causa fuisset minuta. Rebus ita sese habentibus, opium syncope occurrendo utile saepe invenietur.

96. Si causas excitantes nec vitare, nec tollere, nec earum opus imminuere possumus, effectibus obviam est eundum fulciendo vim cerebri, quam illae omnes evertere tendunt. Quae antea praecipiebantur (86. et seq.) syncofes profligandae gratia, ea hic quoque conveniunt. Idem positus, aër purus frigidusque libere admissus, stimuli et interni et externi ibi laudati, hic quoque necessarii.

97. 2do, Cum causae praedisponentes, e nervis debilibus vel mobilibus praecipue constent, eos corrigere plurimum refert.

98. Debilitas, utpote quae a morbis praeeuntibus pendet, tolli, ante hos sanatos, saepe nequit. Remedia singulis apta, mens medici sagacis ipsa optime indicabit. Potestatum debilitantium effectibus felicissime obviam ibitur, victu levi, sed nutriente, exercitatione pro ratione virium aegroti, stimulantibus, et tonicis. E stimulantibus, vinum optimum; e tonicis metallicis, ferro maxime fidendum,

endum, eque vegetabilibus, cortice Peruviano. Pro his, si parum votis respondeant, alia similia sunt exhibenda.

99. Ubi mobilitas urget, priusquam eam tollere conemur, exquirendum est, utrum a plethora an debilitate oriatur. Si ab hac, eadem praecipere oportet, ac cum debilitas una praedisponit; si ab illa, plethora est imminuenda. Urgente malo, ad venaesectionem, aliasque evacuationes, confugiamus necesse; sed plerumque praestat evacuationibus parcere, et rem tenui victui et exercitationi, committere.

100. Quoniam causa prima mobilitatis sublata effectum non semper tollat, quaedam, vulgo pro antispasmodicis celebrata, in auxilium vocare licebit. Ex antispasmodicis jure ita nominatis, perpauca assae foetidae praestant, quae praesertim proderit exemplis syncopes hysteria conjunctis. Est ubi aether, moschus, camphora, aliaque id genus, commodo erunt. Epispastica regioni cordis adhibita, ut amicus mihi dixit, signa semel magnopere levarent; ab iis tamen, effectus diuturni minime sperandi.

101. Variis tonicis quoque pro antispasmodicis, uti commode licet; sed de his antea locutus, nil nunc addam, nisi monitum unius usum spectans. Balneum frigidum,
etiamsi

etiamsi tonicum, et antispasmodicum apprime efficax, inventum, raro vel nunquam hic adhibendum judico. Quodam in exemplo, ubi novi periculum factum, prima in aquam immersio, magnam palpitationem, in syncope plerumque exeuntem, semper attulit.

102. Quum dixi, vitia organica cordis inter causas praedisponentes jure esse collocandas, de iis nunc differere debui; sed hic ars nostra pro rudi et impotenti est ploranda. Vitia organica a nervorum affectibus raro dignoscere possumus; et cum, seu historia morbi, sive signa sollicitudinis, palpitationis, pulsus abnormis, **et quoad vim et numerum, fere semper instantia, vitii sedem in corde indicare videntur, incerti adhuc sumus, quantum naturam vitii attinet, ignorantes utrum ulcus, dilatatio, polypus, an ossificatio urgeat; et si novimus, pleraque, forsan omnia haec, arti medicae illuderent.**

103. Rebus ita sese habentibus, nil sperare fas, nisi fugam antea traditorum (92.) malo augendo idoneorum, vitam diuturniorem, et jucundiorem, infelici aegro esse conservaturam.

N O T Æ.

A.

Sauvagesius inquit, spasmos interdum syncopes comitari, Hoc concessio, notae quas protuli, ad eam a morbis spasmodicis fecernendam, non sufficient. Sed, me iudice, hicce auctor celeberrimus in errorem abiit; quia, scilicet, spasmos, qui syncopen interdum efficiunt, ab ipsa, non distinxit. In syncope, omnis contractio, omnis motus a vi nervorum pendens, desinit. Spasmus igitur, cum primum iusta fit, cessans, inter comites syncopes numerari, nihilo melius quam haemorrhagia, vel ulla alia causa remota, meretur.

B.

Eximia syncopes historia, in primo tomo Medicarum Observat. Londin. memorata, facilem videtur admittere explicationem, secundum principia supra posita.

Mulier generosa, ad extremum usque post febrem longinquam debilitata, vigilia aliquandiu vexabatur. Vigilia demum decedente, observabatur, eam, quum primum somnus obrepfit, mox experrectam valde agitatam, et molestia

summa

summa oppressam, ita ut non amplius audens somno
 indulgere, cujus corpus confectum multum indiguit, sed
 qui, sua ex sententia, lethalis foret, fratrem oraret, ut ei
 affideret somnumque arceret. Frater affidens, digito bra-
 chium sororis tangente, somnum accedere, et protinus re-
 spirationem et pulsum subsistere, dein ea e somno excitata
 renovari, sensit. Periculum saepe factum, idem semper
 monstravit. Ille ingeniosus, qui historiam memoriae pro-
 didit, eam ita explicat, ‘ It seems probable, that, in great
 ‘ debility, when the natural functions are proportionably
 ‘ impaired, the involuntary muscles, which serve to re-
 ‘ spiration, may be too weak to perform their office alone,
 ‘ and may require the assistance of all those muscles which
 ‘ conspire in moving the thorax at the command of the
 ‘ will. The action of these muscles is very conspicuous in
 ‘ the agonies of death, when the *vis vitae* being quite ex-
 ‘ hausted, the heaving of the breast becomes entirely a
 ‘ voluntary motion. These reflections led me to con-
 ‘ clude, that the voluntary muscles not acting during
 ‘ sleep, and the involuntary ones being too weak to carry
 ‘ on respiration alone, a person under such circumstances
 ‘ would cease to breathe, and consequently be in a state
 ‘ of suffocation; but the pain and uneasiness arising from
 ‘ thence

‘ thence would soon wake him again, struggling for
‘ breath, and almost spent.’

Huic explicationi, quamvis ingeniosae, complura ad-
versantur.

1mo, Etsi concedatur, respirationem esse voluntariam, quatenus eam ad libitum moderari et mutare possumus, dubium tamen videtur, utrum debilitatem involuntariae respirationis diu pensare possimus, necne. Quilibet sanus alte respirare moliatur, citoque sciet, se id diu non praestare posse. Musculi respirationi inservientes, quatenus involuntarii, fatigationi sunt minime obnoxii; cum autem voluntati obtemperant, perinde ac reliqui musculi voluntarii, cito fatigantur. Praeterea, respiratio laboriosa, quam sub finem vitae videre est, ipsa fit involuntaria. Inter somnum, ubi nulla voluntas est, manet; nec voluntas eam impedire potest. Respirationem similem asthma affert; sed hoc fit ex stimulo quodam, quem hae corporis conditiones musculis respirationis ministrant.

2do, Hypothesis nullam rationem reddit, cur actio cordis, eodem puncto temporis, quo respiratio, cesset. Causa externa respirationem impediens, pulsus aliquandiu postdurat; ubi igitur simul cessant, hoc, ex fonte isto, unde utriusque motus derivetur, intercluso, oriatur oportet. Rem itaque, modo sequente, explicandum judico.

Inter

Inter somnum, vis vitalium potestatum minuitur, ut ex hoc constat, quod functiones animales suspensae, et vitales ac naturales, etsi manent, multum debilitatae, sunt. In exemplo nostro, aegra eousque debilitatis pervenisse videtur, ut vis vitalis, respirationi, actionique cordis promovendae, inter vigilandum solum sufficeret; sed cum somnus accedens eam amplius imminuerat, eamque operi imparem reddiderat, hae functiones desierunt. Aegra expergefacta, quaedam vis cerebro adderetur, unde respiraret, et cor movere denuo occiperet.

Similem somni effectum auctor antiquus notasse videtur; inquit enim, ‘ Per somnum semper aditans notet faciei colorem, et characterem; anhelitum etiam observet, et pulsus motum;’—‘ si per somnum facies mutetur, anhelitus affligatur, pulsus flaccescat, excitetur.’ *Heurnii Opera, tom. i. cap. 9.*

C.

Qui conati fluida diversa in vasa vividorum infundere, ii semper experti, quodque fluidum, cujuscunque naturae, seu blandae, seu non, sollicitudinem brevi, palpitationem, et demum mortem ipsam, afferre. Hincne credere licet, quamlibet rem, per absorbentia vel lactea, recipi posse, quae nervis intestinorum aliarumve partium irritandis

impar,

impar, cor nihilominus afficere queat? *Sauvages, p. 820. sp. 12. Senac traité de coeur, p. 540. Lower de corde. Bergerus.*

D.

Quaeretur forsitan, quomodo fibrae musculares relaxatae agunt in vi cerebri imminuenda? An recta, isto scilicet consensu cerebrum inter totumque nervorum, quo vis nervorum in quavis parte diminuta vim cerebri imminuit? Numve, ista sympathya inter fibras musculorum omnium cordisque, qua, corde una cum reliquo corpore relaxato, cerebrum afficitur? Res hujusmodi difficiliore quam utiliores inveniuntur.

E.

Licetne inter has, nervos ad cor pertinentes, tumoribus aliterve compressos, numerare?

F.

Alii auctores alias theorias, ad syncopen sponte abentem explicandam, excogitarunt. Quam Whytt edidit, ea attentionem maxime meretur: ‘The chyle and lymph
‘ continue, by means of the peristaltic motion of the guts,
‘ to be forwarded to the subclavian vein and cava, at the
‘ same time that the venous blood, partly by the contrac-

G

‘ tile

' tile power of the greater arteries, and the oscillatory
 ' motion of the vasa minima, and partly by the constrict-
 ' tion of the cutaneous vessels from cold, is transmitted
 ' into the branches of the two venae cavae, and forward-
 ' ed to the right auricle of the heart, which it first stimu-
 ' lates into contraction, and immediately afterwards sets
 ' the right ventricle also agoing.' *Whytt's essay on the vit.
 and invol. mot. § 3. n. 4.*

E compluribus, quae contra hanc sententiam objicere
 liceret, unum solummodo memorabo. Si potens et sana
 cordis actio a vi cerebri aeque ac sanguinis stimulo pen-
 det, uti Whytt ipse docet, stimulusne adhibitus par erit
 renovandae huic actioni, quae desit ob vim cerebri im-
 minutam, ni haec vis denuo renovetur? Certe non.
 Cordis actio forsan restituetur; sed debilis erit atque ab-
 normis. Unde igitur vis cerebri renovatur? Num actio
 cordis renovata hoc praestare dicetur? Hoc forsitan eve-
 niret, si impetus sanguinis esset sat magnus; sed vix credi-
 bile videtur, debiles conatus quos cor, vi cerebri inter-
 clusa, efficere possit, huic sufficere.

Etiam si, quoad hoc, theoria laborat, quia scilicet, nulla
 ratio redditur modorum quibus vis cerebri restituitur; ni-
 hilominus concedendum est, sanguinem in magnis venis,
prope

prope cor, accumulatum, ita profuturum, uti, vi cerebri

restituta, actionem cordis fit quodammodo refuscitata.

G.

Hanc opinionem, concretiones post mortem, tam saepe inventae, minime evertunt. Cum fere semper inveniantur, cumque concretionibus sanguinis corpori emissi sint omnino similes, credere licet, eas post mortem ex sanguine sponte separato, ac coagulato, efformatas; vix enim credibile, massas tantas, inter vitam ortas, sine signis acerbissimis existere potuisse. *Lieutaud, syn. prax. univ. p. 196.*

Senac traité de coeur, p. 543.

H.

Quantum ad enemata attinet, cura est adhibenda; nocetur enim, si evacuatio fiat. Magna quantitas igitur, resque admodum acres, semper sunt effugienda. Res aromatica, vel cardiaca, modica quantitate, optima pollicentur.

Fumus tabaci, laudibus, ni fallor, vix meritis, fuit cummulatus. Tabacus, narcoticum potens, aliter adhibitus, fumam aegritudinem infert. Nonne idem ab ejus fumo injecto expectandum? *Harves's address to the King and parliament.*

I.

Miram vim frigoris, in syncope tollenda, quotidiana experientia firmat. Quomodo agit? num astringendo, ita tollens relaxationem, et vim nervis reddens? Quin sic aliquid praestet, non nego; sed, si hoc solum esset opus, quo major frigoris gradus, quo diutius et latius adhiberetur, eo majores deberent esse effectus. Hoc tamen adeo non fit, ut subito, obiter, partibusque tantum adhibitum, maxime evadat efficax, vimque nervorum optime excitet. Hincne colligere licet, frigus interdum recta stimulare? Tot praeclari auctores hanc vim negarunt, ut ex hoc, eam vix affirmare audeam, etsi quomodo aliter rem explicare oportet, parum video. Vim astringentem non sufficere jam dictum; nec effectum systematis reactioni tribuere possumus, subitaneus enim est; neque sensui quem excitat frigus, uti quidam fuere opinati, nam, in hoc statu corporis, nil sentitur.

F I N I S.